

/ Illustrissime et Reverendissime Domine,

Libellum quem Ill^{mae} et R^{mae} D.V. a biennio et eo amplius promiseram, Notarum ad varias lectiones in quatuor evangeliiis graecis et latinis occurrentes, iam demum mitto, quia iam demum prodierit e praelo. Mitto autem cum meo in maiorem evangeliorum partem commentario, cui adiunctus est. Illius libelli rationem omnem ac methodum, simul et causam cur Ill^{mae} ac R^{mae} D.V. a me inscriptus sit, epistola dedicatoria expono. Quod si autem, et libellum ipsum notarum et commentarium, prudentissimo Ill^{mae} ac Rev^{mae} D.V. iudicio probari cognoscam, non dubitabo catholicis omnibus accepta fore quum a te catholicae ecclesiae principe probari intellexerint.

Ill^{me} et R^{me} Domine, Deus O.M. diu te ecclesiae suae ac nobis servet incolumem.

Audomaropoli, VII Kal. Martias 1606.

15 Ill^{mae} et R^{mae} D.V.

Observantissimus

franciscus Lucas.

Typographus accuratissimus, plurimum se benevolentiae Ill^{mae} ac R^{mae} D.V. mecum commendat.

20 Ill^{mo} et R^{mo} in Christo Patri ac Domino Roberto Bellarmino
S.R.E. Cardinali Archiepiscopo Capuano.